Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift

83

Que sint in quibus fides constat.

Vo. s. 14. Quibus fides constat cognitio 7 affectus. i. substantia vel firmitas credendi. In alto est. quia ipsa illud est. In alto est quia ipsa in illo est. In affectu enim subsistit fidei inuenitur. In cognitione matia. Aliud est enim fides quod creditur aliud quod fide creditur. In affectu inuenitur fides. in cognitione id quod creditur fide. Ipsa fides que in affectu sit subsistit. quia affectus ipse fides est. in cognitione matia quia de illo 7 ad illud qui cognitione est. fides est. Credere quia affectu est. quod autem creditur in cognitione est. Cognitione autem hic intelligimus scientiam rerum. non illa quae per scientiam ipsarum comprehenditur. sed illa quae ex auditu solum percipitur. 7 ex uerborum significatione manifestatur. Cum id quod dicitur 7 ab illo qui audit intelligitur quod dicitur. 7 sine scientia uerum sit vel non sit. ita uerum dicitur scientia tui est in quantum intelligis. 7 scit quid est quod dicitur. Hec autem scientia cognitio est. que sic sine illa scientia esse potest. quare esse vel non esse scitur. ita sine fide esse potest. quare esse vel non esse creditur. Ad hanc cognitionem si fides accedat ut credatur quod audiebatur. 7 intelligebatur est credulitas in cognitione. 7 inuenitur in credulitate fidei subsistit. 7 in cognitione matia. Potest autem huiusmodi cognitio sine omni fide esse. fides autem sine omni cognitione esse non potest. quia qui audit aliquid 7 intelligit non semper credit. Qui autem nichil intelligit nichil credit. quomodo aliquem credere possit quod non intelligit. Nam 7 fides est 7 de fide qua creditur quod nescitur. quasi enim 7 credentium creditur. Ille enim qui credentium credit. non inuenientur credere dicitur quia ille credit cui credit. 7 sine sciat quod sit illud quod credit. 7 scit cui credit. Tales simplices in sancta ecclesia. quasi perfectioribus credentibus credunt. quia nimirum in sua simplicitate saluantur. nec ab illorum mito alienis quomodo ad cognitionem illorum non pertinent. sicut septem et Boues arabant 7 asine pascebant iuxta eos. Simplices quippe in sancta ecclesia quamuis cum perfectis occulta sacramentorum diuinarum non ualeant. quia tamen se ab illorum societate non diuidunt. quasi iuxta eos positi in eadem fide 7 spe bona opando se pascunt. Sic quia fides aliquam cum cognitione est. quando scitur quod creditur. aliquam sine cognitione quam scientia tantum 7 credentium creditur. Nec esse tamen semper aliquem esse cognitionem cum fide. que ipsam fidem per intentionem dirigat. quasi nichil ex his quae credenda sunt cognoscerentur. non haberet fides quae se per intentionem in bono opere diriget. neque ad quod bona opando spem suam exercuerit. Si aliud est in quibusdam cognitionem fide inscendere. aliud illa que nunquam

† 7 cognoscentibus